


XIX. CANNAE (Canne prope Barlettam).

Cannae notissimae eae propter pugnam inter Romanos et Carthaginenses ibi a. u. c. 538 commissam per se parum insignes sunt. Anna-
lium scriptores eo tempore vicum fuisse significant (Liv. 22, 43. 49; Florus 4, 22 [2, 6]: *Cannae ignobilis Apuliae vicus*; Appianus Hann. 17); soli Polybio de talibus minus sollicito πόλις est (3, 107. 4, 1); Silius praeterea 8, 624 memorat *urbis vestigia priscae*. Flumen Canna et campus Diomedis posita in carmine Marci vatis id proelium significante (Liv. 25, 12) alibi non redeunt. Id de quo infra in hac pagina dictum est emporium Canusinorum mihi videntur ipsae Cannae fuisse scilicet tempore antiquo. Nam qui postea memorat Appianus (b. c. 4, 52: Σαλαπίαν τε ἐνέπρησε καὶ Κάννας παρέλαβε) et Plinius 3, 11, 105 inter

Apuliae populos collocans *nobiles clade Romana Cannenses* videntur rem publicam eis attribuere, id quod et episcopium confirmat quod olim ibi fuit et lapides imperatoribus saeculi quarti dedicati duo n. 317. 318, quales vico parum conveniunt. Eruderati autem sunt ad locum adhuc antiquo nomine nuncupatum inter Barlettam et Canusium, a quo Cannas distare stadia XXV Procopius auctor est bell. Goth. 3, 18. Quapropter quarto certe saeculo Cannas rei publicae formam habuisse probabile est. *Le reliquie di Canne distrutte*, Iaconus (v. p. 27) ait, *si vedono oggi quasi a mezza strada tra Canosa e Barletta e proprio dove si dice la masseria di Vascio del Duca d' Andria ed il Perazzo masseria di Barletta.*

317 Cannis mutilo marmore, obducto muro.



fuit fere:

I M P · C A E S
DIVI · CONSTANTI · F
FL · CONSTANTINO
MAXIMO · P · F · AVG
5 PONT · MAX · TR · P · ...
COS · ... · IMP · ...
P · P · PROCONSVLI

Servavit Metellus cod. Vat. 6039 f. 364 d ex Sim. Vallamberto.

2 videtur scriptum esse cetera.

318 [= 634] basis magna male scripta. Cannis rep. et delata inde Barlettam m. Apr. 1839 SECCIA. Hodie Barlettæ ante curiam.

NOBILISS · CAES
D · N · FL · IVLIANO
ANNIVS · ANTIOCHVS
V P CORRECTOR
5 D P E

Guarini comm. XVII ed. 2 (1840) p. 24 (inde opinor Ios. Seccia *breve memoria archeologica su alcuni pezzi di antichità rinvenuti in Canne in descrizione di Barletta* Bari 1842 p. 5 seq.). Vidit deinde Kaibel. Henzen 5588 ex ed. 1.

1. 2 NC I IIS/C/IC | D////V/ | Kaibel. — 5 est d(evotus) p(ietati) e(ius).

319 [= 632] Cannis.

C · I V L I V S
S A T V R N I N I
L I B · H E R A C V L A
A V G · S I B I · E T
fascēs 5 C · I V L I O · S A L P I N O fascēs
F I L I O
E T · I V L I A E · S O T E R I A E
L I B ·
T H E S M O

Chaupy III, 499 (inde neglegenter descriptum est exemplum Castaldi p. 44, missum ut ait a canonico Vulturale); *Voyage pittoresque en Naples et Sicile* T. III, p. 31; *Mola peregrinazione* p. 5 ab amico, nam ipse frustra quaesivit. Riedesel *Reise* p. 247 ed. 1771, qui lapidem vidit et anaglyphum descripsit, titulum non edidit.

Versus continuant Chaupy et Mola. — 1 CIVILIVS Cast. — 2 SATVRINI Mola. — 3 HERACVLA Chaupy, HERACVA Cast. — 5 SATRINI Chaupy Cast. — 7 SOTERAE Ch. Cast. — 9 omitunt Mola et Voy. pitt.; nisi aliunde adhaesit, marmor fractum fuit.

320 [= 2984] Cannis rep. 1810, deinde Neapoli penes Iosephum Castaldi CASTALDI apud Guar. Iam ibidem in musco.

D · M · S
A V R E L I A E · I A N V A R I A E ·
I N F A N T I · D V L C I S S I M A E
Q V A E V I X I T · A N N I S I I I I ·
5 M E N S I B V S · V I I · I A N V A R I
V S · E T S Y N T R O F E · P A R E N T ·
B · M · F E C E R V N T

Recognovi. Guarini *alc. sugg. ant.* p. 92. Castaldi *iscr. della Puglia* p. 35. Fiorelli cat. n. 1504.

321 [= 633] Cannis in colle prope nympheum vetustum.

P H I L O · D E S P O T O S
A D I V T O R I S · T I ·
C L A V D I · C A E S A R I S
A V G · S E R · V I C A R I
5 Z O S I M E N I · C O N S E R V A E
L A N I P E N D I · M · F E C I T

Descripsit et edidit Mola peregr. p. 7. Castaldi p. 8.

6 fort. LANIPENDIAE·FECIT.

322 Cannis rep. in sepulcro, est ad Canusium in villa Nicolai Fasoli.

R H O D A N O
S A L · R E C
S E R · A C T

G. Kaibel descripsit.

Rhodano Sal(viae?) Rec(eptae?) ser(vo) act(ori).

323 [= 634] rep. in effossionibus Cannensibus a D. Forges-Davanzati.

D · M
P · V O C O N I O · V I C T O R I
P · V O C O N I V S · R V F V S
P A T R I · B · M E R E N T I

Ed. qui invenit in actis societ. Pontan. 1, 291 (Nap. 1810); deinde Castaldi p. 45.

XX. CANVSIVM (Canosa). Tribu Oufentina.

Canusium, quod a Diomede fertur conditum esse (Strabo 6, 3, 9 p. 283; Horat. sat. 1, 5, 92) et a canibus eius appellatum, utpote ipso in eo loco venari solito (Servius ad Aen. 11, 246), una cum Teano Apulo dedit se Romanis a. u. c. 436 (Liv. 9, 20). Ita in amicitiam recepti Canusini bello Hanniblico non pari quidem studio atque coloniae Latinae Romanos adiuverunt, reliquias tamen exercitus Cannensis

admiserunt (Liv. 22, 52—54; Val. Max. 4, 8, 2; Dio fr. 57, 29; cf. Polyb. 3, 107) et postea quoque in fide manserunt (Liv. 27, 12). Eo tempore oppidum magnopere floruit commercio etiam maritimo: ἐκ δὲ Βαρίου, Strabo ait 6, 3, 9 p. 283, πρὸς τὸν ποταμὸν Αὔφιδον, ἐφ' ᾧ τὸ ἐμπόριον τῶν Κανουσιτῶν, τετρακόσιοι (στάδιοι εἰσιν) · ὁ δ' ἀνάπλους ἐπὶ τὸ ἐμπόριον ἐνεγόντα (?). πλησίον δὲ καὶ Σαλαπία τὸ τῶν Ἀρ-

XIX. CANNAE (p. 34).

ad n. 319. Legitur in codice Neap. X. C. 79 in schedula olim solitaria sub praescriptione in territorio di Melfi. Varia lectio haec est: 5 SALPNO — 7 ET OM. — SOERIAE — 9 HESMO.

XX. CANVSIVM (p. 34).

ad n. 333. Praesidis meminit Symmachus ep. 2, 43: *merita Sexionis, qui antehac Calabriam rexerat, multi in bonam partem loquuntur.*

ad n. 345. Refert etiam cod. Senensis C. III. 27 f. 41' saec. XVI.

ad n. 342. 343. Cf. *Documenti ined. per la storia de' musei d' Italia* vol. 2 p. 14.

ad n. 351. Scribe Poggiocanosae. Collocat ibi iam Tullius Lazzari in epistula ad Olivierium, videturque fraudulenta transpositio proficisci ab Appiano Asculano (vide p. 494).

ad n. 353. 354. 368. 373. 392. 397 (nuper denuo prodiit). 398. Titulos hos edidit Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 195—197. Accuratas Fontanae indicationes, quo quis loco inventus sit, hic repetere nolui.

6186 rep. a Canusio chiliom. IV Lavellum versus in regione q. d. Amacalucci, est apud Sabinum Luisi.

IVNIA · SEX · L · FAVSÆ
SIBI · ET · IVNIAE · NOBILI
LIB · SVAE · ET · P · LIBVSCI
DIO · FAVS · T · O · E · Q · V · I
ti romano?

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 195.

6190 Canusii in limine aedium Donati Martarese.

A · F · PROPINQVO
O · A · F · LEGITIMO
O · A · F · EMPORO
IAE · MODESTAE
5 P · A · C · I · N · T · H · O
I · T · I

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 197.

ad n. 364. Edidit item Garrucci syll. n. 1740, legens BARBATIVS, fortasse recte.

6187 Canusii rep. a. 1876 in fundamentis domus Sinesi *sull' estramurale di Santa Chiara*, extat in eadem.

VIVIT ·
A · CAECILIVS ·
NOMENCLATOR
IVXSTI
5 SEXTIAE · CORDIAE
VXORI · SVAE ·
SEXTIA · HAVE · ET · VALE

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 194.

6191 in sepulcro ex vivo saxo excavato rep. a. 1878 una cum denariis tribus liberae rei publicae a Canusio metr. MMD meridiem versus in loco q. d. *Pietra caduta*, est apud Gaetanum Storelli.

C · VETTIO · O · L
D R I M A C H O
O S S I D I A · A · L
H E D Y L I V M

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 192.

ad n. 370. Garruccius syll. n. 1741 ad exemplum suum.

ad n. 390. Delineatam edidit Garruccius quoque *graffiti de Pompei* ed. 1 (1854) p. 22, ed. 2 (1856) p. 33, unde sumpsit Ritschelius tab. III E. Illo loco addit in eodem sepulcro alibi vidisse se C · ER sequentibus ductibus incertis.

ad n. 410. In actis tabularii regii Neapolitani (unde publici iuris facta est *Documenti de' musei d' Italia* 4 p. 96) sic legitur excepta a Valentinio:

†
DEPOSITIO S+C M ACACI
QVI VIXIT IVXTVS PL M
XXXV ET DECESSIT IN PACE
5 FEBRVARII EVTARICO FI p. C. 519
LICA V CONSVLE



ad n. 413. Reperta cum n. 410. Legitur integra sic in actis tabularii Neapolitani, unde simul edita est l. c.:

†
REQVIESCIT · IN PACE SC M
IVXTVS QVI VIXIT TANNVS
E XLV DECESSIT IN PACE
5 SVB DIE VI KAL AVGVSTI
GIOVE CONSVLE

6188 inter Canusium et Cannas in sepulcro latericio rep. et adservata cum n. 6189.

H · L · D · L
L · BAEBIO · L · L · COSMO
BAEBIAE · L · L · DORCADI

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 193.

6189 rep. a. 1877 inter Canusium et Cannas senis chiliom. ab utroque oppido ad dextram Ofanti in loco q. d. *Prefico*, est apud Sabinum Gazzilli.

DECIMIA · } · L
ZOSIMA
P · DECIMIVS · } · L
EROS · LIB

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 193.

6192 extra Canusium qua Andriam itur in loco q. d. *Poggionuovo* rep. a. 1878 2 metr. sub solo una cum ossibus; est Canusii apud lapicidam Paulum Sardella.

POS CONSVLATVM D N ARCADII P. C. 393
AVG EI FLAVI RVFINI · VV · CC · CON
SS · DEPOSITVS BRIZINVS MAI
OR PROCVRATOR DEFVNT
5 DIE LVNIS IX KL IVNIAS OR
A DIEI SECVNDA VIXIT PLVS
MINVS ANNOS XLVII

Vitus Fontana apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1878 p. 192.

2 E traditur. — Legitimi consules hoc anno fuerunt Theodosius III et Abundantius; at in Occidente huius locum usurpavit Eugenius eumque tituli urbis Romae solum norunt. Hunc qui scripsit, ad neutram rationem sese applicuit, fortasse ut medius staret inter partes adversas. Sed magis erravit confundens consulatum et postconsulatum. Nam dies Mai. 24 anno 393 Martis fuit, anno praecedente 392 Lunae.